

obscura suspitione ^{a)} et velamine pro utilitate ecclesie quasi manibus palpaverunt, modo autem, quando Dei gratia res ecclesiastica atque cognita constat, diligentius indiget tractari, ne error contra scripturam divinam atque catholicam fidem ecclesie maximeque contra veritatem ^{b)} evangelicam atque dominica verba omnino poterit ^{c)} oriri.

Pascha ¹⁾ autem Ebreorum tribus semper observationibus secundum legem Moysi ^{d)} debet observari: Prima observatione, ut post equinoctium, secunda, ut in primo mense, tertia, ut in 3. ebdomada 1. mensis in fine 14. lune, quod est initium 15., celebretur. Quod si quis dicat, non equinoctii memoriam, sed tantum 1. mensis et 3. in eo septimane posuisse ^{e)} Moysen, sciat, quia etsi equinoctium nominatim non exprimit, in hoc tamen ^{f)} ipso, quod a plenilunio 1. mensis Pascha faciendum precepit ^{g)}, equinoctii transcendens plenaria ratione depromit. Tria vero predicta atque quartum ^{h)}, id est dominicum diem post 14. lunam, ecclesia catholica conservat. Si itaque caput mundi et equinoctium atque Christi resurrectio in 8. Kal. Apr. ²⁾ fuisset, Pascha Ebreorum ante equinoctium contigisset, quia ³⁾ 14. luna 1. mensis in 12. die Kal. Apr. ⁴⁾ primum et in 14. Kal. Mai. ⁵⁾ ad postremum reperitur. Cum ergo neque equinoctium neque ⁱ⁾ caput mundi in 8. Kal. Apr., ex quo argumentatum est, ut etiam eadem die atque eadem luna plena, hoc est 15., Christi resurrectio contigisset, non convenit, sicut deficit ratio argumenti, sic similiter ipsa veritas argumentate rei, cum argumento effici videbatur, ut effecta res esse vel stare omnino potuisset.

Finit ^{j)} caput ^{j)}.

Beda ^{k)} presbiter sic dicit. Beda sic dicit ^{k)}.

I, 6

Ubi primus dies seculi sit, hoc requiro, interrogatio ^{l)}. Beda ⁶⁾ presbiter sic dicit, responsio ^{l)}.

^{a)} suspitione V. ^{b)} unitatem L. ^{c)} possit L. ^{d)} Moysi V. ^{e)} posuisse V. ^{f)} tantum V. ^{g)} precipit V. ^{h)} quartam V. ⁱ⁾ nec V.
^{j)} Finit caput *fehlt* L. ^{k)} Beda — dicit *fehlt* V. ^{l)} interrogatio — responsio *fehlt* L.

¹⁾ Vgl. Beda DTR 61, ed. Jones S. 281 f.; vgl. ders. DRC 17, Migne, PL. 90, 597.

²⁾ 25. III.

³⁾ Vgl. Beda DTR 59, ed. Jones S. 279.

⁴⁾ 21. III.

⁵⁾ 18. IV.

⁶⁾ Beda DRC 3, Migne, PL. 90, 581 (Exzerpt aus DTR 6, ed. Jones S. 190 ff.).